

6

I.O. CLEMENTIS TODE

MEDICINAE DOCTORIS ET PROFESSORIS IN VNIVER-
SITATE HAFNIENSI, AD AVLAM REGIAM, AD PAE-
DATROPHEVM FRIDERICIANVM ET ALIA NOSOCOMIA
ADQVE INSTITVTVM SVBLEVANDORVM PAUPERVM ME-
DICI, REGII COLLEGII MEDICI ET SOCIETATIS.

MEDICAЕ HAFNIENSIS MEMBRI

ADVERSARIA CLINICA *FASCICULUS PRIMVS.*

- I. DE EXERCITATIONIBVS CLINICIS.
- II. PRAECEPTORVM CLINICORVM PARS.

HAFNIAE,

Apud ROTHIVM Bibliopolam Regium
MDCCCLXXV.


Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30790669>

I.
De
xercitationibus
cliniciis.

Praefamen
ad
praelectiones domesticas
de
methodo clinica
d. XX. Nouembr. MDCCCLXXIII.
coep tas.

De
Exercitationibus clinicis.



QVAMQVAM eam doctrinam,
quam nunc propositum eo,
Dobis singulis, Auditores, quot-
quot culturae meae patientes prae-
bituri estis aures, utilem atque
iucundam reddere vehementer op-
tem et quantum in me est; anni-
fus fuero, dissimulare tamen nec
debeo nec sustineo, ideo potissi-
mum hanc tractationem suscipi,

ut nonnullos Vestrum in coeptorum laude labore publica adhortatione firmarem, accuratioreque et pleniore consilio adiuuarem. Unde reliquos humaniter mihi concessuros esse spero, ut breui præfatione illis progressus suos gratuler.

Te autem adloquor ornatissime CARSTENSEN, Te sollertissime RANOE, Te modestissime HOEFDINGI, Te fidissime SKOLBYE, Te denique dulcissime STRAETJI.

QVIPPE sub noui instituti, vere regii, initiis, sub ipsa terrima bruma, suauissimos vos

nactus sum commilitones, castra
 Machaonia mecum sequentes, pau-
 perum tabernas mecum pulsantes.
 Tres vidimus hyemes, quarum
 horridum gelu tot alios deterritu-
 rum mirifico studii amore supe-
 rastis. Alterne insurrexerunt
 Eurus et Auster, frequentissimi
 excursionum nostrarum aduerfa-
 ri: totiesque maddidi sensistis ne-
 bulas malumque Touem, remo-
 tius illud latus urbis urgentes.
 Neque tamen ideo teputit suetus
 Vestris discendi ardor; a coepto
 tramite deflectere fidumque du-
 cem deferere indignum putasti.
 De tanta laudabilis propositi te-

nacia, De indefessis istis exercitationibus, felicissimam praxin promittentibus, non Tobis solum sed patriae potissimum gaudeo.

VERVM enim vero primis labbris doctrinam medicam haurientes, sub primo artis salutaris trocrinio rei clinicae Vos immiscuiftis, naturamque humanam in ipso homine affecto, libro mehercle! omnium optimo, cognoscere coepiftis, meo quidem consilio meoque ductu. Quanquam autem novo praceptor i adeo fueritis confisi, ut ad quamcunque formam effingere potuiffem cereos Vestros animos, gratissima tamen docilitate

tate male usus fuisset, si methodum fraudens, humorum viorum placitis adeo repugnantem, argumenta reliquissim inanibus auctoritatibus certe ponderosiora. Fallor nisi quantulacunque Dextra experientia abunde euixerit heterodoxae, qualis quidem videatur, sententiae praestantiam.

AT quum haud parvus superfit tironum numerus, quorum animi vel incerti haerent vel magistrorum monitis contra exercitationem clinicam non ita sunt praecoccupati, quin a theoretico praxeos odio reuocari possent, easdem rationes iterum propo-

nere fas fit. Inter theoreticam medicinam atque practicam non modo distinctionem, sed hiatum, sed saltum admittunt scholae. Illa probe imbutum volunt iuuentutem medicam, antequam alterius ceu magis arduae disciplinae studium suscipere ausa fuerit: illotis manibus in sanctiora Aesculapii irrupturum et infastissimo successu poenam temeritatis luturum pronunciant illum, qui a multiplici institutione theoretica neodium absoluta ad primas clinicae lineas ducendas transiuerit.

AT multa eaque satis obvia
 praeteruidere videntur, qui tiro-
 nem medicum ab exercitatione cli-
 nica excludunt. Et primo qui-
 dem praecipuum praeteruident
 studii medici fructum et finem,
 morborum nimirum genus huma-
 num prosequentium cognitionem
 et curationem. Qui d enim, ama-
 bo, certius ocyusque eo ducit
 quam frequentissimum cum aegro-
 tis commercium? In tanta vitae
 academicae breuitate artisque per-
 discendae longitudine illo fine ex-
 cидet discipulus, nisi regiam
 hancce viam mature ingressus fue-
 rit strenueque institerit. Sed de

summo hoc momento mox plura proferemus.

DEINDE immemores sunt inseparabilis nec umquam laedendi disciplinarum medicarum nexus, qui ordine procedendum esse clamanter. Anatomiam quod attinet, animatamque, ut dicitur, eius fororem, Physiologiam, ideo tantum discenda venit utraque, ut morbos corporis humani aberrationes recte dignoscere valeamus. Sicut autem tironum commodis egregie officinus, quoties geninas has disciplinas a se inuicem diuellimus, illosque a posteriore remo-

remouemus, donec prioris memo-
riam deposuerint, ita eam solum-
modo institutionem anatomicam et
physiologiam laudandam esse pu-
to, quae partis statui functionis-
ue tenori exhibito iugiter subiun-
git varias, quibus vexari possunt,
adfectiones, adeoque ad quotum-
quemque passum in Pathologiam
euagatur. Siue autem simul cum
physiologico, siue ab eo separa-
tum sequamur studium pathologi-
cum, insignibus projecto preme-
tur difficultatibus, nisi perspicuis
captuique accommodatis exemplis
ubique illustretur. Quod prae-
cipue valet de intricissima sym-

tonatum atque cauffarum morbi-
ficarum doctrina.

AN errabundae tironum ima-
ginationi relinquenda sunt haec
exempla? An solo intellectu cog-
nosci possunt phoenomena nullis
verbis fatis apte describenda?
Magnus mihi erit Apollo, qui
ab omni aegrotorum commercio
seclusus, raro ingenii acumine cla-
ras attigerit iDEas tot pulsum
et urinarum, tot odorum, sono-
rum atque colorum, sexcentorum-
que aliorum, cum quibus medico
practico eadem intercedit fami-
iliaritas ac Geometrae cum fi-
guris.

FACILIUS tamen solo descrip-
tionis auxilio imaginari posset
discipulus prisma doddecædron,
quam pulsum durum, calorem
mordacem, urinam iumentosam,
foetorem purpurae praenuntium,
vultum deliraturi, sonitum bor-
borygmi et alia bene multa, quo-
rum cognitionem minime ex am-
plissimis et coagmentatis verbis
præceptoris, sed propria digitis
pulpa, propriorum sensuum acie
acquiret.

SED utinam intra theoretica-
rum disciplinarum terminum sub-
stitisset grauissimus error! De-
rum enim vero aequa certum est

atque dolendum, a fide Destra,
o boni, utcumque abhorrens, in
variis cultioris Europae scholis,
in nostro demum sapientissimo
seculo dari scholas medicas, etiam
celeberrimas, ubi ipsa Therapia,
ipsa morborum cognoscendorum et
curandorum doctrina procul a no-
focomiis, absque proficuo exer-
citationum clinicarum connubio,
traditur.

INTER reliquas inclutam Lei-
densem Musarum sedem excitasse
sufficiat. Haec cum irreparabili
BOERHAVIO omnem institutionis
clinicae umbram amisit, nihil
ideo pauciores dimitens Doctor-

res medicos, qui praxin deinde
fusciplentes periculosisimo saltu
ab auditoriorum subfelliis ad ae-
grotorum lectulos, ad morbos sola
fama sibi cognitos, proprio marte
debellandos tranfeunt.

SED etiam in iis locis, ubi
neque nosfodochia defunt, neque
duces clinici, inculpatus tamen
et vetustate sanctus mos est, bien-
nium saltem aut triennium theo-
reticis consecrare mysteriis, prae-
matura autopsia haud profanans.
Inter ipsam denique iuuen-
tutem medicam occurrunt, qui
vel monitoribus sapientiores sep-
tennem adhibent praeparationem,

priusquam cliniken adgrediantur,
 casti atque caute ab aegrotorum
 conspectu se se abstinentes,
 non fecus ac si post longissimam
 illam praembulationem vel nul-
 lum ferium cum morbis negotium
 suscepturn nec nisi nomen medici
 practici ambituri essent, vel per-
 facile et expeditum foret, clini-
 cam demum disciplinam, cui tot
 aliae lumen praetulissent, felici-
 ter perlustrare et absoluere.

QVID proficiunt autem tan-
 ta praemeditatione? Quid ferunt
 cunctatores tanto hiatu dignum?
 An tutius per ambages itur ad
 artis fastigium? Neque hae pe-
 riculo

iculo carent. Dum perdiscendis
variis illis scientiis, quibus fu-
uro clinico opus est, diuturnior
opera datur, fieri vix potest,
quin iuuenilis animus, notabilio-
ribus in uno alteroue studio pro-
spectibus incitatus, eius amore
prae reliquis trahatur, eidem-
que potissimum incumbat, nimi-
um ipfi postea tributurus. Hinc
tot primitiae inaugurales, quin imo
maturiorum practicorum opera di-
stinctionibus logicis, demonstratio-
nibus geometricis, explicationi-
bus chemicis confarcta: hinc tot
lamentabiles non fecus ac ridiculi
grauissimorum virorum errores.

De iis vero, quae morbos
 spectant, quibus sane nec fatis cito
 nec fatis industrie studeri potest;
 nihil omnino in mentem cogunt
 practer voces et inania verba.
 Optimi cuiuslibet praceptoris
 ori inhaereant, praestantissimos
 quotcumque auctores consulant,
 schedulis committant quidquid in-
 ter audiendum interque legendum
 dignum putant quod adnotetur.
 Nisi simul accefferit fidum sen-
 tium ministerium, nisi studia
 rexerit experientia, praestantis-
 sima medicorum dux et auxilium
 farraginem quidem congerent sed
 difficulter capiendam, usui mini-
 me accommodatam.

PRO

PRO stupenda tamen mortali-
 sum ingeniorum diueritate haud
 inficiabor, obtingere posse tan-
 tam memoriae felicitatem, ut in-
 delebilibus vestigiis cerebro im-
 preffa maneant, quaecumque do-
 cillima sollertia unde quaque, col-
 lexerit: concedam dari albae Gal-
 linae filios, quibus e tot aphoris-
 mis breuitate obscuris, totidem
 que commentariis ubertate taedio-
 sis, e tot notionibus inanitatis
 speciem prae se ferentibus, fibi in-
 uicem repugnantibus, nihil qui de-
 quam e mente exciderit, ante-
 quam ad practica pericula ven-
 tum fuerit.

FALLETVR qui corrasis istis
subsidii confusus fuerit. Quan-
to maiorem rerum lectorum et
auditarum multitudinem in me-
moriam congeffit, tanto facilius
iudicia, eo, quem sola praxis
Docet, ordine nondum euoca-
ta, viam sibi praecudent: quo
locupletius condidit theoriae
promptuarium, eo magis erit me-
tuendum, ut exemplo recursus
forent paucae illae at necessariae
notae, quibus verus oblati morbi
character est eruendus.

NON absque miraculo fieret,
ut ex illa farragine, ea feligat
et

et suppeditaret memoria, quae iudicio formando inferuiunt.

Sed recurrat quodcumque fideliter didicit nouus Aesculapius, quem non iucundum et nutriendissimum Autopfiae lac, sed cruda, licet toties recocta Auctorum pappa aluit. Promissimam habeat eorum, quae meminisse opus est, recordationem. An eorum quoque memor esse poterit, quorum nunquam bene gnarus esse potuit, signorum nempe, proprium oculorum intuitu, proprium sensuum repetita exercitatione magis quam fallacissima imaginatione discendorum?

HINC apud varias Europae
gentes, quarum scholae medicae
a vera institutione clinica alienae-
sunt, nimis frequentes occurrunt.
Doctores, ritu maiorum, ut dici
solet, promoti, eximii ceteroquin
viri, multifaria eruditione ornati,
nocturna meditatione extenuati,
qui in cognoscendo morbo, quem
rudis ac indigesta Empyrici, in-
ter aegrotos versatioris scientia
facili negotio recognosceret, in-
certi haerent, post doctam dubi-
tationem egregie demum hallu-
cinantes inque affectione lippis et
tonforibus nota nescio quid uouit
suspicantes. Neque mirum. Ae-

gri-

gritudinum theoriam quantumcumque pernoscentes, inter aegrotos peregrini sunt atque hospites.

ME quidem, qui exercitationum clinicarum Dobis auctor fui, neque venerando senio neque munere, quod tales conatus iubere posset, ornatum nostis. At vero grauissimam praceptoris prouinciam minime in me suscepisse, nisi gratus huic pectori infederet animus patriae reique medicae vel absque stimulo studiofissimus nonnulliusque facultatis ad propositum nostrum haud parum conducentium, sine arrogante φιλαντίᾳ confcius.

VERVM enim vero, ut in familiarissimum illum usum, qui mihi cum omnis generis aegrotantibus per integros viginti et quod excurrit annos intercessit, summorum in arte virorum regimine cultus, sapientissimisque consiliis in proficuam experientiam versum, nunc non exspatier, ea saltem felicitate gaudeo, Scholam Edinburgensem adiisse, inclutissimam repurgatoris Medicinae sedem, castissimo naturae studio reliquis, quotquot illam aenulari laborant, longe superiorem. Ibi mirabilem verae methodi clinicae utilitatem expertus, omnis

*omnis in eo fui ut praefantissi-
mam medendi rationem discerem,
eandem in patria pro viribus tra-
diturus, si quod nosocomium cu-
rae meae foret commissum.*

*VOTO meo ex parte potitus,
a Dobis, quorum singularem do-
ctrinae cupidinem aptissimumque
ingenium abunde iam cognoveram
et perspiceram, facili negotio ob-
tinui ut unam alteramue horam,
alia institutione vacuam mihi
meisque excursionibus clinicis da-
retis. Sicut enim studiofa iu-
uentus inter graues mentis labo-
res nunc in horto portuue deam-
bulatum ire, nunc extra urbis moe-*

*nia euagari solet, non ideo sane
ut negotiosa cogitatione obiecto-
rum naturam meditetur et rime-
tur, verum ut corpus exerceat
animumque relaxet, ita Dabis,
meliora subentissime sequunturis,
loco nauium, florum, minorum,
puellarum, bestiarum, ceterorum
denique, quibus Havia nostra
abundat, spectaculorum, tot alios
trahentium, ipsas morborum fa-
cies proposui iterum iterumque
spectandas.*

*VOLVPE iam foret Defram
Docilitatem et constantiam hic re-
petere; ast iniitus haec praeter-
mitto, metuendum enim est, ne
videar*

videar laudibus vestris efficere
velle, ut laudandi videamini.

CONSIDEREMVS itaque simpli-
cemi laborum nostrorum rationem
dulcesque fructus, quo luculen-
tius appareat, parum accurate
illos distingue, qui in studiis
tironi medico percurrentis cau-
tissimam distinctionem adhibere
adfectant.

PATEBIT non satis gnarus
esse notabilis discriminis, quod
methodo empyrica et dogmaticae
intercedit.

SPECTATORES vos volui, vi-
dendi cupidos, sed doctis curis
expeditos, studiofam ingenii ad-
pli-

plicationem, aliis disciplinis vindicandam, haud impensuros, eantum obseruatos, quae obseruare facile foret, quae obseruasse olim iuuauerit.

HINC nil nisi communia, in praxi medica frequentius occurrentia, scitu maxime necessaria Vestrae annotationi commendavi. Praeter simplicissimam demonstrationem nihil quidquam adieci.

SIC Dobis suffecit, in ictericō adnotasse flauedinem in oculorum albugine conspicuam; gustum amarulentum; urinas crocēas; faeces albidas; praegreffam vomitionem, colicam, vel alia; iuu-

iuuamen a Rhabarbaro; Sufficit haec obseruasse et didicisse, similia in icterico fieri. Sollicita et anxia indagatione rationis, quae denum fiant, opus non erat. Alium enim scopum non habuimus, quam cognitionem eorum, quae non nisi ab ipsa natura discipoffunt.

Quoties iu posterum Auctores euoluetis Icteri historiam enarrantes, flauedinem albuginis, reliqua morbi signa adducentes, memores eritis, in aegroto Dos similia vidisse. Sic si da memoria descriptioni illi aegrotum visum, ceu exemplari autographum apponere poterit,

Doct-

DOCTAM vero commentatio-
nem eo libentius omisi, quo magis recedo ab iis, qui theoriarum
ornatarum cupidi sunt atque tenaces: qui opinionibus praecoccu-
pati nihil vident in aegrotis,
quod conceptibus suis non respon-
deat: qui ingenio suo magis cre-
dunt quam proprio sensui: qui
quodcumque phoenomenon, etiam
casu doloue accidens, iugi expli-
catione prosequuntur: qui in
cauffas inquirere, subtilitatibus
inhaerere, abstrusa rimari ma-
lunt, quam palpabilibus et ob-
uiis immorari; qui naturam ar-
tis magistram singulorum morta-

lium

lium auctoritati subiiciunt, su-
coque scholastico obscurant, qua-
les duces clinici Gallis potissi-
mum laudantur.

SED minime dissimulans,
quae erudite explicare non pos-
sem, euidentia et manifesta p[re]a
occultis aduertere, paucaque et
trita, sed certa et utilia docere
fatius duxi, quam inania multa
congerere. Id tamen, quantum
potui, curau[er]i, ut inter illa, quae
morbis casusue efficit, distingueret
disceretis, neque ab aegrotantium
dolis neque ab accidentium falla-
cia facile deciperemini.

REMOTAS quidem et exteras, ut vocant, morborum causas quatenus vero erant simillimae et absque aerumnosa perscrutatione eruendae, intactas non reliqui.

IN definiendo morbo haud festinaui, ne nomen imponerem adfectioni, quod euentus ^{non} probauerit.

IN morborum curatione simplici methodo usus sum, tum ut naturam aemularem, tum ut indubios redderem auxiliorum adhibitorum effectus, quos recte determinari nequit, qui compositis formulis sibi placet. Breuiter expo-

exposui, cur tale medicamentum
in usum vocarem, cur tali forma,
dosi, tempore, oportunitate ad-
hiberem.

DOLOS médicos piaſque frau-
des in morbis ſimulatis vel ima-
ginariis conuenientes fideliter
aperii.

Nihil demum a me praeter-
missum eſſe ſpero, quod diſcipu-
lis multiplicem notitiam empyri-
cam ſcientiae dogmaticae utiſter
ancillaturam comparare potuerit.

Qvo minus autem tales exer-
citiones diſciplinae ſpecie fie-
rent taedioſae, amicas intermi-
ſcui confabulationes, quid? quod

e locis cafibusque, inexpertorum
stomachum facile moturis con-
stantiamque iamiam superatu-
ris, iocatione haud immodesta
prudentem risum, animos exci-
tantem, comparare studui.

LENTO sed tuto pede pro-
gressi, quantum in hoc studio sta-
dium confeceritis, quot obstacula
superaueritis, quot commoda at-
que laborum compendia attigeri-
tis, laeto in praeterlapsum bien-
nium retrospectu ipsi nunc iudice-
tis. Egregie fallor, nisi maiora
videbitis quam timida et modesta
coniectura profixeratis.

Et primo quidem negotio clinico plane adfueuistis, quod mehercle! multum foret, etianfi ne iniucundos quidem morbos spectaffetis. Nacti enim estis eam aegrotos videndi, audiendi et tractandi habitudinem, quae iuniori medico praxin adgreffuro, infirmorum fiduciam sibi conciliaturo adeo utilis est, ut in interrogationibus instituendis auxiliisque ferendis, in omni denique agendi ratione exercitati in arte viri speciem praeferre posset.

At praestantiora consecuti estis. Hisce nimirum excursionibus sensim ad summas rei clin-

cae molestias et difficultates ob-
duruitis, iis forte grauiores,
quae umquam in futura praxi
Dobis occurrent. Squalidissimos
ex infima plebis saepe aegrotos,
angustissimis habitacionibus vix
accessibiles, foedissimis morbis a-
uerfables, contagiosa mephiti et
multiplici infirmitatis paupertati
nuptae progenie terribiles,
identidem intueri, audacter con-
trectare, patienter audire susti-
nuistes.

VERVM enim vero commune
eorum fatum, qui intrepido ar-
dore longius effevuntur, non vita-
stis. Subnascentibus Aescula-
piis

piis infensa Morbona meis quo-
 que commilitonibus iusidas strux-
 it, exque pauculis plerisque ma-
 lignissima febre irretiuit et in
 sumum vitae discrimen abduxit.
 Neque tamen illud infortunium
 viriles Vestros animos frangere
 studiumque restinquare valuit, ne-
 que sine laetabile bono fuit flebile
 malum. Ipsi enim coniunctam
 molestissimorum symptomatum
 vim perpetui mature didicistis,
 quid sit aegrotati, desideratissi-
 mo somno frustrari interno igne
 vri, medicatione non secus ac do-
 lore cruciari, et intimis, si qui
 superfint, sensibus angi.

QVAE sic pertulisti, non
Dobismet solum sed generi hu-
mano, curae Defrae fese com-
missuro, proderunt, quippe cui
mitiores eritis iudici, benefica
sympathia facilius commouendi,
in auxiliis ferendis a mora et
cruelitate aequi alieni.

SED quamquam de hisce Dobis
gratuler, praefenti tamen atque
praecipuo fini nostro magis re-
spondent ea, quae nunc enumera-
rabo. Morborum signa, quae
vel disertissimus magister, de
cathedra docendo, verbis intelli-
gibilia reddere animisque commu-
nicare irritis moliminiibus allabo-
raret,

raret, viuis exemplis cognouisti.
 Proprietatum oculorum, non im-
 ginationis, acie varias obserua-
 stis coloris natiui aberrationes,
 pallorem in chloroticis, hydropi-
 cis, verminantibus, febrentibus,
 moribundis, conualefcientibus di-
 uersissimum. Didisti icterico-
 rum flauedinem, hecticorum fu-
 gaces rosas albuginesque coerule-
 fentes, phlegmone purpuream,
 erysipelatis laetiorum rubedinem,
 echymoseos liuorem, scorbutico-
 rum marmora, sphacelique fo-
 dum nigrorem. Conspexitis mul-
 tiformia exanthematum, macula-
 rum, tumorum genera: pustulas

toto coelo diuerfas ab humili et
inconspicuo milio ad coriaceas
scarlatinorum squamas crassissi-
maque leprae furfura.

TETIGISTIS abdomina macie
contracta, phlogosi vsta, fluctu-
ante latice distenta, scrophulosis
interaneis farcta, flatu expansa,
verminofo hospitio elata, elap-
sis intestinis vacua.

AUDIVISTIS asthmaticorum
anhelitum, raucam vocem ex lae-
so larynge emergentem, singultus
et borborygnorum tristissimam
sympphoniam, moribundorumque
stertorem.

*Sensistis varias arteriarum
micationes, pulsuumque diuersi-
tates digitis foliis bene cognitas.*

*Vidistis urinas in febrieni-
tibus crudas, flammellas, iumen-
tofas, lateritias, criticas, in hy-
stericis pallidas, in nephriticis
mucofas, in ictericis croceas, in
hydropicis lixiuiofas.*

*Quid? quod proprio olfactu,
foetorem purpuratorum, syphili-
ticorum, ulceroforum, sphacelofo-
rum, verminantium, tineosorum,
exspiraturorum distinguere di-
dicistis.*

*Sic egregiam Dobis compa-
rafstis exemplorum copiam, prae-*


ceptorum Dogmata illustraturam
captuique magis accommodatu-
ram. Ipsa Deinde symptomatum
genera quoties in aegris occurrent,
cognita Dōbis erunt et cognitio-
nem morbi faciliorem reddent.
Analogia, vera medicorum adiu-
trice, lucem faepissime adferente
viamque monstrante, recte uti,
morbumque unius hominis ex piae-
gressa alterius affectione diudi-
care facillimē discetis.

AT finem impono sermoni,
o Optimi, ne nimium extollam
commoda, quorum egomet auctor
Dōbis fui.

II.

Praecepta clinica.

Prooemium.



ALIVD est morbos curare, aliud
aegrotantes tractare. Ju-
nior medicus praxin clinicam ad-
gressurus certas regulas, ad quas
negotium suum dirigat, familia-
res fibi reddere, variaque caute-
las adhibere debet, ne videnda
praeteruideat, facienda intermit-
tat, morbi, infirmi, propriorum
denique sensuum et opinionum
fallacia decipiatur, famaeque
suac male consulat.

DE qualitatibus medici cli-
nici, de eius religione, corporis
et

et ingenii dotibus, scientiisque et artibus praeuie cultis, multa praefari nolo. Haec enim in uniuersum ea sunt, quae ab ingenuo, docto et probo viro exspectare fas est. Deinde practicus, cui non datum fuit, vel christiana ecclesiae finu sponeri, vel informam spectabilem excrescere, vel liberaliore educatione frui, vel elegantiores hominum circulos conjectari, vel multifaria eruditione ornari, tali defectu non impeditur, quo minus res suas prudenter et feliciter agat. Qui denegata illa commoda vel inuita minera adsequi laborat, qui rariores


riores magnorum virorum dotes
aemulari affectat, in ridiculum
vitium excurrere solet.

ADNOTARI tamen meretur,
Gl. GRVNERVM, qui post tot alios
officia medicorum iterum expo-
suit omniumque fusissime per-
tractauit, duplex tamen notitiae
genus, utilitate certe reliquorum
nulli secundum, omisisse.

ET primo quidem iunior
practicus eius loci, in quo medici-
nam est facturus, naturam, aërem
et aquas non solum, verum etiam
incolarum vitae genus, morbos,
remedia domestica, terminos de-
nique, quibus haec exprimunt,
cogno-

cognoscere debet. Deinde in arte culinari aliquantum versatus fit, hanc enim ignorare non potest, si diaetam aegrotorum morbo, patato, facultati simul accommodare velit.

Ea autem, quae in ipsa praxi clinica apud aegrorum lectos veniunt offeruanda, nunc expositus, primum agam de ingressu ad infirmos, deinde de interrogationibus aliisque status morbosque perscrutationibus instituendis, postea de praedictionibus, denique de auxiliis, regimine, reliquis ordinandis.



Caput I.

DE

ACCESSIONE AD IN-
STRUMENTA.

I.

MEDICVS prima vice ad aegrotum, quem non adeo periculoſo moleſtoue morbo laborare audit, vocatus, neque lento nimis gressu neque valde prope rante pede ad illum accedat. Qui longiorem moram interponit, negligentiae ſuspicionem iniicit, niſi multiplici negotio diſtentum norit aeger. Qui vero vel ante nuncii reditum adeſt, parca praxi

D

occu-

*occupatus aut mercedis vel fal-
tem gratiae captandae cupidior
videtur.*

II. NECESSITATE iubente, vel
aegroto honesta postulatione auxi-
lium instantaneum rogante, cito
aduenias. Egregie conductit in-
terdum, iucundissima quaecum-
que, nocturnam quietem, placi-
dam meridiationem, laetum con-
uiuum, doctos labores et si qua-
fuit aliae morae excusationes,
exemplo et sine indignationis
signo reliquiffe.

III. Post datam fidem non
venire turpe est. Etiam si prae-
uidreas aegrotum esse eius ordinis
mor-

morbumue eius naturae ut illum curandum fuscipere non potueris, accedas videasque tamen, ne inhumanitatis vel zocordiae culpam incurras.

IV. INFIRMVM, cuius curant
alius isque inculpatus medicus si-
ue ex officio siue ex praeuia illius
petitione gerit, non tractes pri-
usquam alter ille simul vocatus
vel dimissus fuerit. Una cum
illegitimo pratico vel utriusque
sexus unguentario aegrotum cu-
rare, maxime dedecet.

V. A VISIS aegrotis conta-
gioso morbo laborantibus statim
et vestibus hanc mutatis ad alios

infirmos transire hosque in periculum infectionis deducere nefas est, nisi cogente necessitate id excusat.

VI. PROPRIAЕ valetudinis prosperitati hауd officias, contagios aegrotos vifurus et contrectaturus. Jeuno stomacho vel statim a diarrhoea sudoreue vel absque solitis praefidiis hos adgredi pericolosum est.

VII. CAVTISSIMVS sis in accessu ad illos, quos in rabiem facile prolabi nosti.

VIII. CAVEAS tamen ne in utroque periculo (VI. VII.) constitutus ridiculum et offendantem anxietatem prae te feras.

IX.

IX. ODORIBVS suaveolentibus
perinde ac foetidis non sis im-
butus.

X. INFIRMARIVM intrans ne-
que tumultuarie aut incuriose
cumque numinis salutiferi stre-
pitu accedas, aegrotantis fortasse
fomnum turbaturus, neque tene-
brionis instar gradu testitudineo
in cubiculum subreptes, inopina-
ta apparitione terrorem magis
quam solamen addaturus.

XI. AEGROTO adsidens nul-
lum aliud obiectum habere videa-
ris, quam morbi cognitionem et
rationem. Tis, quae ad malum
perscrutandum adque aegri iu-

namen efficiendum non pertinent
minime inhaereas.

XII. NEQVE nimium moreris
in infirmario, ne vel tibi noceas
vel aegroto, alumni e. gr. deposi-
turo, incommodeum crees, vel lo-
quacitatis otiiue suspicionem in-
grediaris.

XIII. IN morbo exacerbatio-
nibus vel paroxysmis distincto sub-
horum accessu ad aegrotantem ve-
nias, quo accuratius vehemen-
tiam ac durationem mali ipse ob-
seruare possis, praecipue si nar-
rationes aegri familiariumue su-
spectae vel obscurae fuerint.

XIV. QVOD si accessus eius sit naturae, ut arte mitigari haud possit, praefat abesse, praesertim si aegrotus solamina efflagitet impatiens.

XV. CONFERT nonnumquam tum maxime visere infirmum, quin remedia adhiberi debent, quorum administratio familiaribus tuto committi nequit.

XVI. ACVTA et grauis qualibet affectio frequentiorem medici accessum poscit quam chronicā. In illa enim minime variū est, ominosam morbi mutationem, cui non satis cito occurri potest, fugacesque et frondes.

te capillatas opportunitates ve-
luti in puncto subnasci.

XVII. HINC circa instantem
crisis inque aucto periculo aegro-
tum crebro viideas, ut naturae
gressum et conamina cognoscas,
morbum igitur impugnes, aegro-
tantis animum fiducianique tunc
temporis facile vacillantem eri-
gas et firmes, familiares ad stren-
uam subministrationem adhorte-
ris, tibi denique cordatae et inde-
fessae sollertiae famam concilias.

XVIII. IN morbo chronicō
maiora visitationibus interponas
intervalla, quoties mutationes
vix sensibiles symptomata sunt
vel

vel infirmus iusto frequentiorum medicaminum variationem desiderat.

XIX. TARDIVS nec nisi saepius rogatus redeas ad aegrotum, qui salutaria consilia spernit, appetitui nimium indulget, inania multa molitur, cet.



Caput II.

DE

INTERROGATIONE
IN TIBUS
IN UNIVERSVM.

I.

QVAESTIONES apud aegros eum
in finem eaque ratione insti-
tuit medicus, ut probe exploretur
et perspiciat morbi faciem, gref-
fum, cauffam et naturam.

II. INTERROGATIONES itaque
attinent vel ad morbi originem,
Decursum, Durationem, symptoma-
ta et mutationes, vel ad aegroti
aetatem, vitae genus, constitutio-
nem

nem corporis, idiosyncrasiam, errores diaeteticos morbosue praegressos, vel ad auxilia artis adhibita.

III. HARVM autem feriem optime disponit compendiumque laboris facit praeuia quaedam morbi notitia.

IV. MORBI aegrotum vexantis nomen declarare solet nuncius. Illud quidem a vero nonnunquam egregie aberrat, ut plurimum tamen ad veriora indaganda fatis aptum est. Nuncius quoque non raro affectionis faciem; greffum atque originem non inepte enarrat, indicia vix non adiiciens, ad cog-

noscenda ea, quae aegrotus diffimulauerit, apprime utilia. Immodesta tamen, audiā et superflua sciscitatione haud utaris.

V. PROLIXIOREM morbi enunciationem accipies a familiaribus, matronis in primis, aduentum tuum in limine intercipientibus. Pronissimae sunt illae in enarrandum affectionis statum propriumque iudicium subnectendum. Neque a vero semper ab ludunt; unde saepissime post illa praefamina cum probabili morbi coniectura infirmarium ingredieris.

VI. MONITA interdum addunt familiares, ad captandam aegri

aegri fiduciam vel expiscandam
adfectionis naturam satis idonea.

VII. NEQVE aliunde petenda
est mali curandi notitia, quoties
ob tenellam aetatem, mentis aba-
lienationem, vocis priuationem,
medici vel medicinae odium, ni-
miam verecundiam, alia, ex ae-
grotante ipso parum vel nihil sci-
re licet.

VIII. TALI autem colloquio
nimium non est dandum, sed ad
aegrotum transeundum, ubi hunc
in periculo versari, dolore cruci-
ari, impatienti expectatione ve-
xari nosti, vel inutile confabulati-
one tempus teri vides.

IX. In ipso cubiculo soli saepe sensus tui, visus, auditus, olfactus, nullo interprete addibito, nulla sciscitatione praeuia cognoscet, quid morbi subfit. Exemplo fint hydroptici, icterici, variolosi, epileptici, phthisici, asthmatici, dysenterici.

X. AEGROTVM ipsum interro-gare inque eius querimonias con-descendere utilissimum est. Plu-ri-mi enim infirmi loquaces esse so-lent: vehementer sibi placent me-dicumque amant, si facta sibi fue-rit copia, mali historiam enar-randi. Varia nonnumquam ad-ducunt, quae facile praeteruidif-
fes.

'es. Egregie Deinde confert, ex
aegrotante scire, qualem morbi
qui notionem habeat, ut respon-
dentem animum erigamus, erran-
tem in rectam viam reuocemus,
metu illius ad remedia, quae ali-
ter vix adhibiturus fuisset, sua-
denda utamur. Prolixae narra-
tioni attentam, ut videtur, au-
rem praebens, maiora animo ver-
fare et lustrare poteris.

XI. ORDINEM et rationem in-
stituendae apud aegrotum inter-
rogationis quid attinet, ut plu-
rimum sic procedandum erit. Post
verborum officia quaeritur, quo-
modo se habeat ille, quonam mor-

bo affectus fuerit, quando aegrotari incepit. Haec facile monstrabunt viam in reliquis questionibus ineundam.

XII. QVOD si aegrotum simulationis vel vanae imaginationis suspectum habemus, vel parum ab eius narratione speramus, mox interrogamus, ubi dolorem sentiat, quaenam pars sit affecta, quam ostendere debet, ne peruersa eius anatomia decipiamur. Tunc subiungenda sunt examinationa, quae veri indagationem promittunt.

XIII. FICTAM aegrotationem optime perspicimus, data ab ipso

ſo aegrotante morbi hiftoria.
Hanc enim ad veri ſimilitudinem
effingere et adornare vix umquam
poterit.

XIV. In univerſum parum fi-
dei tribuas aegroto, qui omnia,
de quibus quaeris, ſymptomata
ad eſſe vel adſuiffe affirmat. Vel
proprio metu decipitur, vel me-
dicum fallere conatur. Patet
tales tunc intermifcendas eſſe in-
terrogatiunculas, quibus falla-
cia declaratur.

XV. PERINDE incautus et in-
expertus foret medicus, qui ae-
groto ſymptomatum neceſſario-
rum praefentiam neganti credere

vellet. Deliriosi ab omni incommodo liberos se se praedicant. Hos solidam argumentationem refellere inanis plerunque et noxius est labor.

XVI. Ad familiares mulieres imprimis redeundum est interroganti, quoties suspecta, dubia, obscura vel absurdā in ipsis infirmi responsionibus occurunt, tum etiam quoties aegrotantis pudor quaestione aegre ferret, quod praecipue valet de menstruatione, grauiditate, fluore albo cetero.

XVII. INTERROGATIONES MODESTE proferantur resque naturales

les usitatis apud matronas terminis metaphoricis attingantur.

XVIII. Ad barbaras aegrotorum et familiarium voces risum teneas, nec errores theoreticos reflectere labores.

XIX. Doctos artis medicae terminos sermoni non immisceas, quippe qui ad aegrotorum captum omnimode est accommodandus.

XX. VBERIVS instituas examen in prima infirmi visitatione, ubi tempus et reliqua finunt.

XXI. BREVISSIMA vel nulla scitatione opus est, ubi morbus factis evidens est, vel aegrotus instantaneum auxilium exigit.

Caput III.

DE

*SYMPTOMATVM
EXPLORATIONE.*

I.

PVLSVM arteriarum numquam non explorare debet medicus. Non solum in morbis febribus praecipuum ille constituit signum, verum etiam in alia qualunque affectione fatis tuto docet, num febris adfit nec ne, quo gradu vires sint exhaustae, et alia. Deinde fiduciae aegroti aliquid detrahit, qui arteriam in-

tac-

tactam relinquit. Plerique enim infirmi perscrutationem pulsus inter palmaria medici clinici officia iudiciique formandi auxilia habent.

II. TANGENDVS est post praeuias nonnullas quaestiones, non statim ab accessu medici. Haud explorari debet, priusquam omnis mentis corporisue emotio subsede rit, siue haec ab Aesculapii aspectu, siue ab expergesfactu, tuf siendo, vomendo cet. prouenerit.

III. DIGITI arteriam tacturi non sint frigi di, quippe qui minus bene sentiunt arteriamque attacatu horrido exagitant.

IV. In morbis contagiosis dⁱgitⁱ imm^{er}gendi sunt aceto vini vel imbuendi suffimiq^{uo} quodam prophylactico. Plerumque tamen praefat^{ur} dⁱgitos post exploratum pulsum in muccinio, medⁱcina quadam antiseptica imbuto, detergere, quod minime negligendum est, si aegroti manus suspecto sudore persusa, vel scabie deturpata fuerit. C^aue autem, ne illud muccinium na^so oriue admoueas.

V. NEQ^{UE} tutum est manum diutius, ac necessitas iubet, ad cuiuslibet infirmi carpum stragulumue relinquare: facile enim incautum

cautum sequitur mephitis conta-
giofa vel detestabile animantium
genus.

VI. TRES vel duo faltem di-
giti arteriae sunt admouendi, quo
minus singulae puluae tactus falli
poffit.

VII. LENITER adprimantur,
ut arteriae expansionem perfen-
tificant, neque tamen suffocent.

VIII. MANVS aegroti modice
prona fit, brachium vero in me-
dio inter flectionem et extenſio-
nem fitum. Considerandum eft
num valde stricta fit induſii vel
fibulac manica, vel venae fec-
tae vinctura. Ea enim egregie

mutare valent arteriae nictationes. *D*nde talis indagatio minime negligatur, quoties simulationis suspicio adest.

IX. *QVADRAGINTA ad minimum pulsus exspectes, si de aequalitate, ordine, intermissione negotii arteriosi tuto iudicare velis.*

X. *FREVENTIAM pulsus optime cognoscimus adhilito horologio portatili, minuta secunda indicante, quippe cuius ope exacte determinare valamus numerum nictationum in minuto primo.*

XI. *Hoc autem in usum trahens id obserues, ut arteriam tan-*

tangas priusquam horologii index
praeuium minutum primum emen-
sus fit, et tum demum numerare
incipias, quum virgula alterum
circulum adgreditur: primis enim
post digitorum applicationem pul-
sus semper aliquid praecipitis
et inordinati ineffe solet.

XII. QVOD si curiofiore pul-
sus perscrutatione opus est, nec
temporis angustia prohibet, bis
vel ter repetenda est exploratio,
praecipue ante discessum medici,
quo tempore ut plurimum tran-
quillior est aegrotus.

XIII. QVOD si singulare quid-
dam, morbo haud congruum de-

prehendatur in arteria, in altera
etiam manu tangendus est pulsus,
ut videamus, diuersa structura
an dolus subfit.

XIV. IN carpo brachii seu hu-
meri dolore, inflammatione, spas-
mo, &c. affecti pulsus quidem
explorari potest et debet; sed de
eo non concludendum est ad actio-
nem cordis adque sanguinis circu-
lum in reliquo corpore.

XV. RESPICIENDVM saepe erit
ad carotides vel temporales ar-
terias pulsantes, ut de synchro-
nismo et harmonia pulsum iudi-
care possumus. In magnis san-
guinis veribus caput congestioni-
bus

bus illae fortiter micare solent,
pulsu in manu simul valde de-
bili.

XVI. Qvodsi propter syncopeni
aliasue cauffas arteria in solito
ad carpum loco obfcure pulset, ad
cubiti flexuram vel altius adscen-
dendum erit.

XVII. PvlsVI foli non fiden-
dum: hunc pro aetatis, sexus, sen-
sibilitatis, ceterorum diuerfitate
diuersum, inque eius exploratio-
ne ad numerum, ordinem, mag-
nitudinem, robur et alia respi-
cendum esse, Semiotica docet.

XVIII. EXEMPLI cauffa hic
tantum notamus, pulsum tran-
quil-

quillum, mollem, optimaque quilibet nota praeditum in febre non dum iudicata, grauibus et ominosis symptomatibus superstitionibus, pessimum esse signum, ut pote lethargi vel delirii praenuntium. Similiter tarda arteriae micatio cum creberrima et anhefante respiratione suspecta est. Neque omnis pulsuum internisficio mala: deficit absque noxa in senibus, in turbis abdominalibus cet.

XIX. Svb ipso pulsus examine facilime obseruari potest CALOR vel FRIGVS aegrotantis.

XX. NEQVE tamen ille caloris gradus, quem in manu perfentiscimus, ei, qui in reliquis corporis partibus obtinet, semper respondet. Externorum aliorumque accidentalium hic habenda est ratio. Partes aëri frigidiori expositas minus calere quam ceteras, mirum non est.

XXI HINC de pedibus, capite, dorso, partibus internis, praecipue de loco affecto erit inquirendum, propria medici manu non raro admota.

XXII. SVNT qui thermometrum portatile immittunt ori, axillæ, manui aegroti.

XXIII.

XXIII. MORBI in vniuersum,
 in quibus de calore vel frigore
 aegri certiores nos reddere debe-
 mus hi sunt: febres, inflammations,
 suppurationes, gangrae-
 nae, tabes, spasmi, ii Denique, in
 quibus similium praefentiam fu-
 spicamur.

XXIV. QVODSI in talibus ae-
 grotis naturalem iam obseruamus
 calorem, non ideo praetermitten-
 da est eius, quod forte adfuit,
 indagatio.

XXV. NEQVE sufficit noſſe,
 quod aegrotus in toto corpore vel
 certa quadam parte incaluerit:
 ipſe eius caloris frigorisue modus
 et

*et gradus erit cognoscendus. Fri-
goris praefersim diuertissima est
ratio: nunc enim sub vix sensibi-
lis horripilationis specie latet;
nunc in validdissimas concussions
excurrit.*

XXVI. NONNVLLA iterum sub-
iungamus exempla. *Hystericis
inferiora frigent. Post pedum
refrigerium plurimi catarrhi in-
flammati. Summus aestus cum
pulsu debili et paruo, calor ex-
terna urens cum intimorum fri-
gore in febribus pessimis. Dolae
manuum genaeque calentes reliquo
corpore utcumque inhorrescente
hecticae febris nota. Faciei ae-
stus*

*Itus reliquarum partium calorem
 valde superans congeszionem ver-
 sus caput indicat. Genarum ar-
 dor naso auribusque frigescen-
 bus pessimum in malignis signum.
 Rigores sub statu inflammatorio
 suppurationem minantur: subita-
 neus ardoris phlogistici transitus
 in contrarium, sphacelum. Per-
 tinacissimus caloris in parte defec-
 tus offcam arteriae naturam pro-
 dit. GELIDA sensatio in vertice
 hystericas vexat.*

XXVII. CVM pulsus caloris-
 que exploratione coniungi potest
 SVDORIS examen; ubi enim calor
 adest in sudationem quoque inqui-
 rere debemus.

XXVIII.

XXVIII. IN eius autem examine, non fecus ac de calore diximus, ad loca, motum, qualitatem perspirationis auctae respi- ciendum est, unde praeter visum tactus quoque, quid? quod odo- ratus nonnunquam erit adhi- bendus.

XXIX. SUDANTIA tamen ae- gri inferiora exploraturus fami- liarium utaris ministerio. Id cures ut stragula caute attollan- tur lenteque reponantur, ne infir- mus improvi de reiectus pernicio- sum forte et foetidum haitum emittat, aut intercepta collapsu tegumentorum aura frigida cor-

pus calido vodore perfusum pereret, horrores haud innoxios secum vectura.

XXX. Vbi temperantiam infirmi suspectam habemus, inopinatam sudoris indagationem lecture commodiorem adornationem fingere conductit: ita enim reconditam non raro escam ampullamue detegimus.

XXXI. PAVCA adducamus exempla. Ibi sudor ibi morbus. HIPPOCR. Sudor in parte, non in toto corpore malum. Acorem spirans, purpuram praefagit. Foe- ti das in cacockymicis, in fodiidis, putride febrentibus. Fri- giidus.

qui dūs summa debilitatem sequitur. Post multum calorem nullus sudor malum. Sudatiuncula palmarum post pastum nascentem hecticam prodit, colliquatio nocturna declaratum comitatur. Urinosus sudor ex ischuria rarus, croceus ex ictero infrequentior, cruentus ex sanguinis dissolutione rarissimus. Calidus, aequabilis, uniuersam cutem perfundens, leuamen adferens, morbi solutio- nem comitatur.

XXXIII. FACIEM vero vulnusque, utpote animi, virium, circuli et crazeos humorum indices, in quo quis aegroto follicite con-

templeris. Dix enim apud hominem notabiliore aegrotatione decumbentem, nihil in alterutrius colore, plenitudine, motu, robore occurret, quod a natura haud ab ludat.

XXXIII. Vnde paucissimi dantur morbi, in quibus illius speculi inspectio tuto omittatur.

XXXIV. Eius utilitatem frequentia comprobant. Icteri vestigia in albugine oculi potissimum quaerenda. Chlorofin ex singulari faciei pallore maxime cognoscimus. Halo circa oculos verminantem notat. Rosae in malis hecticorum. Rubor faciem vul-

vultumque suffundens sanguinis iusto maiorem in capite congestiō nem indicat. Liuent quibus suffocatio imminet. Faciei oēdema ad signa Hydrothoracis accedit. Praetumidum labium superius scrophulosos et verminosos sequitur. Pupillae dilatatae in hydrocephalo. Obtutum vacillantem malignae febres, ferocem deliria inflammatoria secum vehunt. Lacrymatio aphthis praecedit.

XXXV. AEGROTO autem ad fidens vel adstans, manu manum contrectans, vultui inhaerens, non poteris non percipere, nisi omnem narium sensum puluere suffocaueris,

ris, qualem odorem ille spireret.
Dantur tamen particulares foetores, quos ex perspecto demum morbi genere suspicari licet.

XXXVI. CYRIOSIVS talium effluviorum examen plerunque admodum utile est, neque tamen perinde tutum atque iucundum: unde illud relinquere iuuat, quoties aliunde satis certam colligimus morbi cognitionem.

XXXVII. NOTANDVM tamen, nafso sagaciori vix effugere furtiuos aegri errores diageteticos, veritasque illecebras sub fragulis occultatas.

XXXVIII. HAEC ad variorum
extremae CVTIS symptomatum in-
dagationem ducunt. Sub pul-
suum, caloris, sudoris, faciei, odo-
ris exploratione facile inuenies,
quae vel intumescentiae, vel ma-
ciei, vel decolorationis, vel erup-
tionis, vel aliis affectus superfi-
ciarii in ceteris corporis partibus
haerentis suspicionem moueant.

XXXIX. DANTVR vero mul-
tifaria affectionum externalium
genera, quorum praefentiam non
nisi ex nota aegritudinis natura
vel relatu infirmi aut familia-
rium suspicari possumus. *Jis*
v. c. qui diutina aegrotatione de-

cubuerunt, sphacelus coccygem ad-
greditur. Verminantibus abdo-
men elatum, colica saturnina la-
borantibus, contractum.

XL. Ad exanthemata diuidi-
canda cautum epidemiae et alio-
rum praegressorum examen, at-
tentaque ipsius eruptionis con-
templatio requiritur, ne punctu-
ras pulicium, varos, pustulas fe-
biofas, alia pro exanthematibus
habeamus. Neque semper sus-
ficit faciem, manus, pectus in-
spexisse, verum reliquae corpo-
ris plagae peruestigari debent.
Sic maculae scarlatinae, tum eti-
am petechiae non raro in dorso fe-
mori-

moribusque haerent. Alia denique symptomata lucem adfun-
dunt: scarlatinæ e. g. suspicio-
nem angina creat.

XLI. His accenseri possunt singularia quaedam phaenomena certis morbis propria ex quo eius cognitione coniicienda. Anus retractus in colica pictonum, testiculus elevatior in nephriticis, inaequalitas musculorum in rheumaticis chronicis, tendinum in poplite rigiditas in scorbuticis, multiplex genitalium labes in venereis.

XLII. NEQUE tamen absque tanta veri similitudine, ut dubio

amplius locus fit, in occultiorum
vitiorum examen descendas, vel
absque necessitate autopfiam af-
fectes, praecipue in mulieribus,
quarum pudori in relegendo corpo-
re, quantum fieri potest, parcas.

XLIII. LINGVA in plerisque
aegrotis est inspicienda, utpote
primarum viarum conditionem
circulique sanguinei impetum egre-
gie indicans.

XLIV. In ea autem color, hu-
miditas, mollities, calor, motus,
forma denique et habitus confide-
randi, veniunt. Unde non visus
solum, sed etiam tactus ad explo-
rationem adhiberi debet.

XLV. INSPICIENS linguan ab
halitu degroti caueas. Confert
nonnunquam oris collutionem ex
aqua et vino praemisisse.

XLVI. Ne dolo vel ingestis
vel ipso morbo decipiaris, pree-
greffa et concomitantia sedulo
comparcs.

XLVII. EXEMPLIS haec illu-
stremus. Lingua in magna febre
neque sicca, neque alba, aph-
thas praenunciat. Phthisicis ple-
rumque rosea est et humida. In
summa debilitate tremit extensa.
Febrem simulantes linguam panno
lano adfricato exficcant: Iufcu-
la ceraformum nigrorem induunt.

XLVIII.

XLVIII. Os faucesque inspi-
cere oportet medicum in scorbuti-
cis, infantibus circa dentitionis
tempus aegrotantibus, aphthosis,
syphiliticis, saliuaturis, ceteris
quibus masticatio, vel loquela,
vel deglutitio est laesa vel anima
foetet. Hydrophobos vero ad si-
mile examen cogere velle crudele
foret.

XLIX. In hisce autem explo-
rationibus caueas ne suspectum spi-
ritum proprio ore nasoue inha-
les: unde conductit sub lenta ex-
piratione inspectionem absoluere.
Quodsi fieri potest, aegrum si-
mul auram trahere et retinere iu-
beas,

beas, vel halitum elabentem sus-
simiq[ue] prophylactico intercipias.
Valeat hic etiam quod de lingua
(xlv) dictum est.

L. PATET similem cautelam
adhibendam esse, quoties suspecto
ori remedia applicantur.

LI. LINGVAM deprimas ope
spatulae vel manubrii cochlearis
vel alius instrumenti plani et ob-
tusi. Frigidum hoc admouere
plerumque nocet vel saltem dis-
plicet; hinc aquae calidæ immitt-
atur vel in manu teneatur, do-
nec frigore fuerit orbatum. Ad-
haerescens forte miasma ablutio-
ne mox auferri cures.

LII. INFANTES raro permit-tunt oris perscrutationem: arri-pienda est occasio quam ipse pre-bent clamores maxillas diducendo.

LIII. LVMEN adhibens humi-liore utaris candela, ipsamque propria manu teneas, quo rectius illustrentur partes inspiciendae.

Reliqua in altero fasciculo tradentur.

Erratum grauius.

S. XXXII. l. IX. lege:
quod euentus non probauerit.

